

nostrorum, qui devotis affectibus dei ecclesias proprietatum et honorum beneficiis exaltare solebant, vestigiis inhaerere volentes in honorem omnipotentis dei et gloriosae virginis matris eius Mariae, ob salutem animae illustris quondam marchionis Misnensis genitoris nostri karissimi et aliorum nostrorum progenitorum et nostrae animarum remedio tres marcas reddituum in villa Telmazhitz<sup>a)</sup>), quas Joh. et Th. fratres dicti de Sconenberg nostri fideles a nobis tenebant in feodo, facta ad manus nostras voluntaria resignatione et libera marcarum huiusmodi per eosdem, contulimus et praesentibus conferimus, donamus et appropriamus ecclesiae et conventui sanctimonialium sanctae Crucis prope civitatem Misnensem iusto proprietatis titulo in perpetuum possidendas. Ut autem nostra appropriatio praefata inconvulsa permaneat et robur perpetuae firmitatis obtineat, praesentem paginam deinde confectam ecclesiae et conventui praefatis dare duximus sigilli nostri munimine confirmatam. Actum et datum Pygaviae anno domini M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>.XXVII<sup>o</sup>. die dominica ante Jacobi apostoli praesentibus testibus fidelibus nostris Henrico advocato de Plawe dicto Ruzze, Henrico de Koningisveld, Arnolde de Hersueldia, Frid. de Honsperk, Reynhardo de Regensperk, Ranvoldo de Gronenrode, Heynrico de Slynicz, Hermanno de Malticz et aliis quam pluribus fide dignis.

Nach dem Orig. wie No. 415; das an einem Pergamentstreifen befestigt gewesene Siegel fehlt.

a) Delmschütz, Par. Naundorf bei Oschatz.

#### No. 421. 1328. 17. Juli.

*Der Probst und der Convent bekennen, dass der Bürger Hermann Gast zu Meissen Zinsen von ihnen gekauft hat, die seinen im Kloster lebenden zwei Töchtern zukommen, nach deren Ableben aber an das Kloster zurückfallen sollen.*

Nos Nycolaus praepositus, Agnes abbatissa totusque conventus dominarum sanctae Crucis prope Misnam ordinis sancti Benedicti ad universorum noticiam tenore praesencium cupimus pervenire, quod prudens vir Hermannus Gast civis in Misna suis filiabus apud nos videlicet Elyzabet et Ceciliae unum talentum denariorum annui census, quod in villa Buckeuen<sup>a)</sup>) Hermannus filius Arnoldi cum omni iure ad hoc spectante nobis dare tenetur, rationabiliter apud nos emit et expedite nobis persolvit, sic quod idem talentum cum iure sibi annexo in festo beati Mychahelis pro' medietate et in festo beatae Walpurgis pro residua medietate recipiet et suis filiabus praedictis distribuet temporibus vitae suae, et eo decedente, cui dictum talentum colligendum commiserit, ille recipiet sicut ipse et dictis filiabus suis distribuet dum vixerint, filiabus autem eisdem utrisque decedentibus dictum talentum cum iure sibi annexo revertetur ad nos libere et praecise. In cuius rei testimonium evidens praesentes litteras nostris sigillis dedimus consignatas. Datum Misne anno domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo in die beati Alexii confessoris.

Nach dem Orig. wie No. 415; an zwei von der Urkunde selbst z. Thl. abgeschnittenen Pergamentstreifen hängen die Siegel des Probsts und des Convents.

a) Bockwen, Par. St. Afra.